onē a fide ⁊ tua charitate [viuificabis nos] .ſ.
vita grē in pn̄ti ⁊ gl'ie in futuro [⁊ nomen tuū i
nuocabimus] ſcꝫ laudando ꝑpetue in celo. Do
mine deꝰ ꝟtutū] .i. āgeloꝝ [conuerte nos]
ſcꝫ ad te ꝑfecte diligendū ⁊ perſeuerandū [⁊ oſtē
de faciem tuam] ſcꝫ in celo ꝑ apertam viſionem
[⁊ ſalui erimus] ſcꝫ eternal'r. Nota ꝙ iſte ꝟſus
ter repetitur in hoc pſalmo: quia facies dei tripl'r
oſtendiť nobis ad ſalutem. Primo in ſtatu vie per
fidem. Secundo in celo ꝑ apertam viſionem. Ter-
tio in iudicio per reſurrectionem Amen.

# Feria ſexta.

## Pſalmus.lxxx

Exultate deo ad-
iutori nr̄o ⁊c̄. In h̄ pſalmo ꝓpheta
monet ad deū laudandū tota mē
te ⁊ totꝭ viribꝫ ꝓ ſuis bn̄ficiꝭs q̄ti-
nus ab eo pane vite eterne ⁊ melle dulcedinis di-
uine ſaturemur Et cum h̄ oñdit etiam ꝙ deus in-
gratitudinem mlťū deteſtať. Vn̄ in ꝑſona eccl'ie hor
tando fideles dī Exultate] ſcꝫ o ꝓpl'i [d̄o ad-
iutori nr̄o] ſcꝫ pleno corde grās agendo ꝓ eo ꝙ
adiuuat nos in omnibꝫ neceſſitatibꝫ ⁊ ꝑicul' [iu-
bilate deo iacob] .i. deo vero/q̄ dī deꝰ ipſiꝰ Ja-
cob: eoꝙ Jacob fecerat ipſi votum de ſpēali cultu
Gen̄.xxviij. Et iſte eſt deus chr̄ianoꝝ quem iacob
ꝓuidens venturū ꝑdixit ⁊ coluit. Vn̄ ait Gen̄.xlix.
Non auferetur ſceptrū de iuda donec veniat q̄ mittē-
dus eſt.i.chr̄s. Sumite pſalmū ⁊ date tym
panū: pſalteriū iocūdū cū cithara. Buc
cinate in neomenia] .i. ī nouilunio [tuba in
inſigni die ſolennitatꝭ vr̄e] Hec dī: qꝛ in ve.
teſt. laudes diuine non ſolū vocibꝫ/ſed etiam iſtru
mentis muſicꝭ decantabanť: ⁊ in omni nouilunio
fiebat feſtū ſolenne ad grās agendū ꝓ diuina gu-
bernatione ꝑ temporū mutationes: eo ꝙ in nouilu
nio cōiť apparet magꝭ mutatio tꝑis. Myſtice aūt
vel ſpūal'r ꝑ hec docemur deū laudare in feſtiuita
tibꝫ nr̄is. Primo q̄dem pſalmo decantando in of-
ficio diuino. Scd̄o tympano qđ ꝟcat mortificatio-
nē carnis q̄ fit in vigilia feſti ieiuniū ꝟuando: et ꝑ
ↄtritionem ac ↄfeſſionem pctōꝝ. Nam tympanū
fit de corio mortuoꝝ animaliū: Jđ ↄueniens ſigni
ficat mortificatiuā pn̄iam faciendā de opibꝫ mor
tuis.i. de mortalibꝫ pctīs. Tertio pſalterio iocun-
do.ſ. grāꝝ actionis in conſcientia pura cauēdo ab
omni peccato: talis enim ↄſcientia eſt iocunda: vt
dī Bernardus. Quarto debemꝰ deū laudare in fe
ſtis cū cithara dulcis orōnis ⁊ pietatis exhibende
proximis. Cithara enim dulciter ſonat ſex chordis
aptata: iđ ſignificat orōnē ⁊ ſex oꝑa miſcđie. Quin
to buccina .ſ. laudis in miſſis celebrandis ⁊ audiē-
dis: in q̄ nr̄e mentꝭ bucce replenť flatu ſpūſſcti ex
merito chr̄i in euchariſtia oblati. Sexto tuba p̄-
dicatiōis ꝟbū dei deuote audiēdo p̄cipue in feſto.
Et ſic ptꝫ. ſequiť: Quia p̄ceptū in iſrl'ē] .i. p̄-
ceptū eſt in ꝓpl'o dei ſctificare feſta Exo.xx. Sabba
ſctifices.ſ. p̄dictꝭ modis deū laudādo [⁊ iudiciū
deo iacob] ſcꝫ eſt facere puniēdo p̄cepti ſui trāſ-
greſſores. Teſtioniū in ioſeph poſuit illđ
cū exiret đ terra egypti: linguā quā n̄ no-
uerat audiuit. Diuertit ab oneribꝫ dorſū
eiꝰ manꝰ eiꝰ in cophino ꝟuierunt] Quare ſic
ſcꝑtura iſta loquiť de ioſeph/q̄ tamen in ꝓpria ꝑſo
na n̄ exiuit đ t'ra egypti: ſꝫ intrauit in terrā egypti
vbi linguā.ſ. egyptiacā quā non nouerat audiuit.
Nec legiť ioſeph onera portaſſe vel in cophino ſer
uiuiſſe: Sed ꝓpl's iſrl' exiuit đ terra egypti vbi g̃-
uia onera lapidum ad ↄſtruendū muros iuxͣ p̄ce-
ptum pharaonis portauit ī dorſo: ⁊ in cophino ſer
uiuit.ſ. lutum ꝓ lateribꝫ faciēdis in cophinis por-
tando. Vel ꝟꝫ Lyram: qꝛ compellebanť filij iſrl' ex-
portare feces đ ciuitatibꝫ inſtrumento facto tāq̄ꝫ
cophino. Et ꝓpť hoc dī đ ppl'o iſrl' ꝙ manus eiꝰ in
cophino ꝟuierunt. Dixꝫ g̃ eſt cur hec đ ioſeph dic̄
pſalmiſta: Sed ad h̄ rn̄r ꝟm Aug. ⁊ ↄcor. doc. ꝙ ꝑ
ioſeph h̄ deſignať ppl's dei q̄ in veteri teſtº. erat ip̄e
ppl's filioꝝ iſrael: ⁊ nunc in nouo teſt. ppl's dei eſt
ppl's chr̄ianus. Dic̄ g̃ pſalmiſta: Teſtimoniū. h̄ ē:
legem q̄ dī teſtimoniū eo ꝙ teſtimonio miracl'oꝝ
diuinoꝝ eſt confirmatū. Et h̄ teſtimoniū deus po
ſuit in ioſeph.i. in ppl'o dei deſignato ꝑ Joſeph: vt
ip̄a lex teſtificareť ip̄i popl'o dei q̄d eēt faciendum
⁊ q̄d cauendum. Hec lex ꝓ teſtimonio data: ē lex
vetus q̄ fuit data veteri ppl'o rudi: in q̄ figurabať
lex noua .ſ. euangelica q̄ data eſt popl'o dī chr̄iano
a chr̄o dn̄o. Quare aūt ppl's dei cui teſtimoniū le-
gis eſt datū đſigneť exp̄ſſius ꝑ ioſeph p̄ oībꝫ filijs
alijs ip̄iꝰ iſrl'. Nota ꝟm eundē Aug. ⁊ alios doc. ꝙ
h̄ eſt p̄mo ꝓpť ioſeph p̄ncipatū: qꝛ ip̄e fuit p̄nceps ī
egypto ſuꝑ oēs filios iſrl': ⁊ egyptios poſt Phara
onem: ac ꝑ eū factum ē vt iſrl' intraret egyptū: Jđ
ꝑ eum đſignať totus ppl's ab eiꝰ ꝓgenie deſcēdēs
q̄ poſtea exiuit đ terra egypti: Et cuiꝰ dorſū deꝰ ab
oneribꝫ diuertit ⁊c̄. Scd̄o h̄ ſibi approꝑauit p̄ ce-
teris in hoc pſalmo ſpūſſctūs ꝓpter eius ſanctita-
tis exemplū: quia in Joſeph habeť manifeſtū teſti
moniū .ſ. ꝙ homo ꝓ lege dei ꝟuanda debet ſe expo
nere ꝑiculo mortis: ſic̄ ⁊ ioſeph voluit ſubire carce
rem ⁊ vincula ac mortis ꝑicula ne cum vxore do-
mini ſui committeret adulterium Gen̄.xxxix. Ter
tio deniqꝫ hoc ſpūſſanctus voluit p̄cipue ꝓpť chr̄i
⁊ eius ppl'i myſteriū deſignandū ꝓpť qđ hoc dictū
eſt ſic in figura.ſ. qꝛ ſic̄ Joſeph venditus ⁊ carcera
tus in ppl'o gentili: tandem exaltatus ſaluauit taꝫ
filios iſrl' q̄ꝫ egyptios tempore famis. Sic chriſtꝰ
dn̄s a ſuis fr̄ibꝫ.ſ. iudeis traditus ⁊ martyriū paſ-
ſus: tandem gl'ia reſurrectionis exaltatus ſalua-

uit iudeos ⁊ gentiles in ſe credentes. Et ſic ppl'us
iſrl' p Joſeph deſignat⁹ cū exiret ꝺ terra egypti tūc
teſtimoniū.i.legē dei accepit in monte ſina: ⁊ tunc
linguā quam non nouerat audiuit. ħ eſt ignotam
hoib⁹ linguā quā inſonuit angelus dei ꝺ celo i da/
tionē leg̃ loq̄ndo audiēte cūcto ppl'o iſrl'. Sic po/
pulus chrian⁹ p ioſeph: ⁊ p filios iſrl' deſignat⁹ cū
exiret de egypto tenebroſe infidelitat̃ trāſiens per
mare.i.p aq̄s baptiſmi legem euangelicā accipiēs
linguas oīm nationū ignotas: p apl'os p̄dicando
ſonantes audiuit in p̄mitiua eccl'ia: q₂ oīm lingua
loq̄bant̃. Item ſic tūc dorſum ppl'i iſrl' diuertit ab
oneribꝫ ſuitut̃ in luto ⁊ latere ⁊ in cophino fecis:
Ita chr̃s liberauit ppl'm dei a ſuitute ſordidoꝝ et
fetidiſſimoꝝ pctōꝝ. Hec g̃ ꝺ ioſeph dicunt̃: q₂ ma
gis conueniūt figure myſterij chr̃i rōnibꝫ p̄dictis.
¶ Tandē pſal^ta^ loquit̃ in pſona dei redarguendo
ppl'm ꝺ ingr̃titudine/dicens ſic: In tribl'atiōe
.ſ. dure ſuitut̃ in egypto inuocaſti me ⁊ libera
ui te ⁊ exaudiui te in abſcondito tempe/
ſtat̃. Hoc eſt dū pharaone cū exercitu pſequen/
te q̄ſi ḡui tempeſtate ingruente: p̄ timore nō aude
bas in publico clamare coram egyptijs: ſed in abſ/
condito tempeſtat̃.i.tue āguſtie cordis exorabas
me p tua liberatione: tunc exaudiui te. ꝓbaui te
apꝺ aquam ꝯtradictionis ſcꝫ declarādo tu
am ingr̃titudinem ⁊ rebellionē dū apꝺ aquā ꝯdicti
onis offenderūt deū/non ſolū ppl's iſrl' ⁊ p̄ncipes:
ſedetiam Moyſes ⁊ aaron: vt ptꝫ Nu.xx.ca. ꝓpter
qꝺ illi non ſunt ingreſſi terram ꝓmiſſionis/ſꝫ filij
illoꝝ. Spūal'r in tribulatiōe ⁊ in abſcondito tem/
peſtat̃ de⁹ exaudit ppl'm chrianum ac libat qñ ꝺ q̄
cunqꝫ pſecutione ⁊ occulta tentatione clamantem
exaudit ⁊ eripit. Hunc etiam ꝓbat apꝺ aquā ꝯdi/
ctionis qñ ꝓbat pctōres quoſqꝫ in aq̄s lachryma/
rū/q̄ dicunt̃ aq̄ ꝯdictionis: eo q2 ml'ti in hac aqua
ſunt ꝯdicentes: q₂ ml'ti vere lachrymant̃ in ꝟa pe/
nitentia. Multi falſe non ꝟe flentes pctā/qm̄ no/
lunt abſtinere. Sequit̃ tandem diapſalma: quia
vtroſqꝫ alloquit̃ de⁹ di. Audi ppl's me⁹ ⁊ ꝯte
ſtabor te.i.ꝯ te ero teſt̃/ſic̄ ⁊ iudex iſrl' ſi au/
dier̃ me ſcꝫ obediendo p̄cept̃ meis nō erit i
te de⁹ recēs.i.nouus vl' denuo inuent⁹: ſic̄ int̃
idolatras ſolet fieri/ſed etern⁹ ⁊ ver⁹ neqꝫ ado
rabis deū alienū. Ego em̄ ſum dn̄s deus
tu⁹ q̄ eduxi te ꝺ terra egypti: dilata os tu/
um ⁊ implebo illꝺ ħ eſt: ſi dilatauer̃ os tuū
.ſ. petendo ꝟtutū dona ⁊ gr̃aꝝ/q̄ ſunt tibi vtilia
ad ſalutem: Ego implebo illꝺ dando petitionē tu/
am dū me recog̃uer̃ vt ꝺbes. Iſta q̄ppe dilatatio
oris nō aliud ꝑcat q̄ꝫ aptionem ad pl'ima petenda:
ſic̄ aues dilatant ora eſcas petendo. Et nō audi
uit ppl's me⁹ vocē meā ſcꝫ obediendo ⁊ iſrl'
nō intēdit mihi ⁊ ſic patꝫ ei⁹ ingr̃titudo p bn̄fi/
cijs dei. Et dimiſi eos ſcꝫ ꝓpt̃ ingr̃titudinē eo
rū ſubtrahēdo ab eis meā gr̃am a pctis conſeruā/
tem ſm deſideria cordis eoꝝ.i. ſm inclina
tionē fomit̃ in malū. ibūt i adinuētiōib⁹ ſu/
is.i.in pctis ⁊ erroribꝫ ab ipis inuent̃. Si ppl's
me⁹ audiſſꝫ me.ſ. obediēdo iſrl'.i. ppl's filio/
rū iſrl' ſi in vijs meis.i. p̄cept̃ ambulaſſꝫ
Pro nihilo forſitā inimicos eoꝝ hūiliaſ/
ſem.i. ad nihilū redegiſſem. Sꝫ q̄re addit/forſi
tan? Rñr ſm Ly. q2 non ꝓpt̃ mutabilitatē diuīe vo
luntat̃: nec ꝓpt̃ incertitudinem diuine ꝓmiſſiōis
q̄ ex pte ſui eſt infallibil' ⁊ imutabil': ſꝫ ꝓpt̃ ꝟtibili/
tatē hoīs ꝺ bono ad malū: ꝓpt̃ qꝺ freq̄nt̃ impedit̃
diuine ꝓmiſſionis effect⁹/q̄ eſt ſub ꝯditiōe: vicꝫ ſi
hō pſeueret in bono ⁊ ſup tribulātes eos mi
ſiſſem manū meā.i. affligēdo ⁊ inficiēdo/ſic̄
feci pharaoni. Inimici ꝟo dn̄i.i. pu̧erſi iudei q̄
deberent eē amici ex gr̃itudine bn̄ficioꝝ ei⁹ men
titi ſunt ei ſcꝫ non implēdo ꝓmiſſū q̄ ſe obliga/
uerūt di. Dia q̄ mādauit nob dn̄s faciem⁹ Exo.xx
iiij. ⁊ erit tp̄s eoꝝ in ſecl'a.i. tp̄s punitionis
pcti eoꝝ erit in et̃nū in futuro ſecl'o. Et cibauit
illos ex adipe frumēti.i. ꝺ pane facto ꝺ ſimi
la tritici.q.d. non obſtañ. ppl'i ingr̃titudine ⁊ offen/
ſione de⁹ miſicors introduxit ipm̄ ppl'm ad terrā
ꝓmiſſam vbi cibant̃ tritico abūdantiſſimo ⁊ de
petra melle ſaturauit eos. Hoc dr/ q₂ apes
mellificant in rupibꝫ petraꝝ terre ꝓmiſſionis vbi
mel colligit̃ a popl'o ad ſaturitatē. Vñ ⁊ terra illa
dr melle fluens. Exo.iij.ca. Myſtice ml'ti nūc chri
ſtianoꝝ ingr̃ti mentiunt̃: ꝓmiſſa q̄ fecerūt i bapti/
ſmo non implētes: ꝓpt̃ qꝺ ruunt in varia pctā dati
in ptātē diaboli. Miſicors tñ de⁹ cibat chrianum
ppl'm ex adipe frumenti in ſacr̃o eucharistie q̄ ſub
ſpecie panis ſumit̃ corp⁹ chr̃i. Et melle.i. ſapiā ma
nante ꝺ petra.i. chr̃o. Nā vt ait apl'us: Petra erat
chr̃s. Sapiā q̄ppe p̄matū dulcoris tāq̄ꝫ mel tenet
in eſcis cordis: vt ait hec Aug.

## Pſalmus. lxxxi

Deus ſtetit in ſyna
goga ⁊c̄. In ħ pſalmo ꝓpħa monet nos
credere chr̃m deum ⁊ hoīem vt p ei⁹ fidem filij dei
⁊ dij nominemur ⁊ ſimus. Vñ dr: Deus ſcꝫ fa
ctus homo ſtetit in ſynagoga.i. in cōgrega/
tione. ⁊ dr a ſyn qꝺ eſt con ⁊ goge aggregatio de/
orum.i. iudicū: ſm illꝺ Exo.xxij. Ad deos vtriuſ
qꝫ cā pu̧enit: id eſt ad iudices/vel deorum .i. maio
rum iudeorum bonoꝝ ⁊ fidelium credētium/qui
dicunt̃ dij pticipatiue/ſm illud infra: Ego dixi dij
eſtis ⁊ filij excelſi omnes. Nā in ꝯuentu iudeoꝝ
ſtetit chriſtus in aſſumpta natura in medio āt
deos dijudicat ſcꝫ diſcernendo vtrum iuſte vl'
iniuſte iudicent: ⁊ diſcernendo bonos in ſe creden
tes a malis. Vſqꝫquo.i. q̄ꝫdiu iudicat̃ ini/
q̄tatem loquit̃ ꝯ iudices pu̧erſos: ⁊ ꝯ ꝯdicētes
legi ⁊ ꝓphis in ſcp̄tur̃ loquentibꝫ ꝺ chr̃o ⁊ faci-

es pctōꝝ ſumit] .i.pſonas maloꝝ accipit ī iu
dicio ⁊c. Iudicate egeno ⁊ pupillo] ſcꝫ in cā
iuſta [humilē ⁊ paupem iuſtificate] ſuā iu-
ſticiam declarando:⁊ ſic debebāt innocēti chr̄o ie
ſu iudei facere. Eripite paupeꝫ] ſcꝫ ꝯ calūnia
[⁊ egenū ꝯ manu] .i.ptāte oppmendi/ꝙ ꝑcaṫ ꝑ
manū [pctōꝝ liberate] q₂ h̄ iuſticie lex reqrit.
Neſcierunt neqꝫ intellexerūt] .ſ. talia face
re.ſ.iudei:non ꝗdem ꝓpṫ ignorantiam legꝭ/ſed ꝓpṫ
errorem electionis:q₂ ignorat omnis mal⁹:vt ha-
beṫ.iij.eth. Nam ſiꝗs etiaꝫ ex certa ſcia peccat:ig
norantiā hꝫ ex ꝑuerſa affectione iudicans illꝺ ma
lū ſibi valere [in tenebrꝭ ambulant] Hoc ad-
dit:q₂ ꝑuerſitas affectus inducṫ tenebrationē intel
lectus excecante malicia [mouebunṫ oīa fū
damenta terre] ſcꝫ in finali iudicio vbi oēs ter
renoꝝ amatores turbabūṫ. Hec myſtice ꝺ chr̄o ex
ponunṫ ſm Aug. ꝺ iudeis chr̄m occidentibꝫ ꝗ ini-
ꝗ ip̄m iudicauerunt tanꝗ̄ paupem ⁊ egenum ino
centem oppmeñ. ⁊ ad mortē exclamādo di. Cruci-
fige crucifige dū.ſ.iudicareṫ corā pilato: ⁊ h̄ feceꝛt
ad pſuaſum ꝑncipū iudeoꝝ/ꝗ ſi cognuiſſent nunꝗ̄
dūm glie crucifixiſſent. Vñ vſqꝫ mō in tenebris
ambulant erroꝝ ⁊ vicioꝝ. Proinde ſignū dans ꝓ-
pheta iudeis ipis ꝗ agnoſcant chr̄m /ꝺt:mouebūṫ
omnia fundamenta ťre: q₂ in chr̄i morte terra mo
ta ē ⁊ petre ſciſſe ſunt ⁊c. Subdit ꝗqꝫ ad credēdū
exhortando. Ego dixi dij eſtis:⁊ filij excel-
ſi oēs] acſi dicat: Ego dixi ⁊ dico ſi vultꝭ credere
in chr̄m ⁊ mādata dei cuſtodire:dij eſtꝭ ꝑticipatio-
ne grē:⁊ filij excelſi oēs.ſ.ꝑ adoptionē:q₂ chr̄s ado
ptauit oēs credentes in ſuos frēs: vt ait apl's:ꝙ in
filios di:ꝙ ſi filij ⁊ heredes ꝑ chr̄m: vt ptꝫ ad Ro.
viij. Vos aūt] ſcꝫ impij ꝗ non creditꝭ in chriſtū
[ſic homines moriemi] ſcilꝫ in pctis:acſi di.
vos increduli non eritis ſic dij viuentes vita eťna
ꝗ eſt hereditas chr̄i. Sed moriemi ſic homines ꝗ
demeruerūt mortē ꝓpṫ pctm̄ ita ꝙ eritꝭ filij mortꝭ
irrecupabil'r [⁊ ſic vn⁹ ꝺ principibꝫ cadetꝭ]
.i. ſic vnus ꝺ angel' ſupbientibꝫ.h̄ eſt demonibꝫ ca
detis in infernum reprobati eťnal'r. Surge de⁹
iudica terram] .i.tu chriſte de⁹ exurges ꝺ ſepul
cro ⁊ iudicab terram.i.terrenos hoīes tam iude-
os ꝗ te crucifixerunt ꝗ̄ oēs alios habitantes ī ter-
ra: [qm̄ tu hereditabis in omibꝫ gentibꝫ]
id ē oēs gentes ꝑ fidem veram accipies in tuā he-
reditatē vt poſſideas ꝑpetuo regno.

## Pſalmus.lxxxij

Deus quis ſimilis
erit tibi ⁊c. In h̄ pſalmo ꝓpha monet iu
ſtos ad patientiā ⁊ docet orare ꝯ hoſtes
fideliū humil'r referendo coram ꝺo pſecutoꝝ neꝗ
tiam ⁊ deuote petens vindictā ſup hoc a deo: refe-
rēs exempla maloꝝ antiꝗtus a deo iuſte punitoꝝ
Vñ ē orō eccl'ie dicentꝭ. Deus quis ſimil' erit
tibi:] q.d.nulla creatura tibi equari pōt in maie
ſtate tua ꝗ ē infinita [ne taceas neqꝫ compe-
ſcaris deus] ſcꝫ a vindicta ꝯ malos ꝯtra te ⁊ tu-
os ſupbiētes. Qm̄ ecce inimici tui ſonueꝛt]
.i. ſonitū armoꝝ dederunt in exercitu/ vel ſonueꝛt
ꝯ te detraheñ. [⁊ ꝗ oderunt te extulerūt ca-
put] ſcꝫ ꝑ ſupbiam. Sup pplm̄ tuū] ſcꝫ chri-
ſtianū fidelē [malignauerūt cōſiliū] .i.mali-
gno animo ꝯſilium fecerunt [⁊ cogitabant ad
uerſus ſanctos tuos. Dixeꝛt venite ⁊ di-
ſpergamus eos ꝺ gente:⁊ non meōreṫ no
men iſrl' vltra] Sic ⁊ ꝯ nomen chr̄ianū tyran-
ni fecerunt vt delerent ꝺ terra in ꝑpetuū. Quo-
niam cogitauerunt vnanimiter:ſil' aduer
ſum te] .i.ꝯ tuam fidem [teſtamētū] .i.pactū
firmū [diſpoſuerūt] .i.ſtatuerunt ad diſꝑden-
dū [tabernacula idumeoꝝ ⁊ hiſmaelite.
Moab ⁊ agareni iebal ⁊ amon ⁊ amalech
alienigene] .ſ.gentes [cū habitantibꝫ tyꝝ]
Oēs iſte gentes fuerūt multū infeſte ⁊ moleſte fi-
lijs iſrl' eos pſequendo: ⁊ ꝑ iſtos ꝑcanṫ oēs impu-
gnantes eccl'iam ⁊ fidem chr̄i. Notandū tñ ꝙ per
iſta hebrea nomina deſignat ſpūal'r ſacra ſcꝑtura
varia genera maloꝝ ꝗ eccl'iam pſequunṫ Nam ta
bernacl'a idumeoꝝ (qꝺ interꝑtaṫ terrenoꝝ mltitu
do) ꝑcant eos qui ſola terrena ſapiunt: vt ſunt iu
dei. Hiſmaelite qꝺ interꝑtaṫ obediētes ſibi:ſigni
ficant falſos chr̄ianos ꝗ obediūt ſibi.i.ſue ſenſua-
litati in voluptatibꝫ. Moab qꝺ interꝑtaṫ ex patre
vel exlex:deſignat hos ꝗ ſunt ex pr̄e diabolo reijciē
tes legem ꝑceptoꝝ dei. Agareni qꝺ ſonat alieni ſi
gnificant hereticos ꝗ ſunt a corpe chr̄i alieni. Ie-
bal quod interꝑtaṫ vallis vana ſignificat hypocri
tas ꝗ vani ſunt tanꝗ̄ vacui a veritate ſanctitatis.
Amon qꝺ ſonat turbidus ꝑcat tyrannos ꝗ turbāt
plurimos. Amalech qꝺ interꝑtaṫ lingens terram
ſignificat ꝑlatos malos ꝗ ambiunt terrena.ſ.diui
tias: vt ſimoniam/ vl' honores/aut ꝑlationes ⁊ di
gnitates: iſti pſequunṫ eccl'aꝫ exemplo malo. Alie-
nigene ſunt philiſtei qꝺ interꝑtaṫ potione cadētes
⁊ ſignificat luxurioſos ꝗ iebriati fetore libidinis
cadunt in interitum. Habitantes tyrum/ qꝺ in-
terꝑtaṫ anguſtia :ſignificat omnes ꝑuerſos qui in
anguſtia iracundie habitantes pſequunṫ bonos:⁊
ſic ptꝫ. Sequiṫ: Etenim aſſur venit cū il'l]
.i.rex aſſyrioꝝ ꝑ quē ſignificaṫ diabol⁹ ꝗ opante il-
li pſequunṫ eccl'iam. Nā aſſur ſupbꝫ interꝑtaṫ et
elat⁹ :iō ꝑcat diabolū ꝗ eſt ſupbiſſim⁹ [facti ſūt
in adiutoriū filijs loth] qꝺ ſm Hiero. inter-
ꝑtaṫ declinans ⁊ vinct⁹ : idcirco ꝑcat oēs iniquos
declinantes a iuſticia ⁊ vinctos vinculis pctōrum
quos adiuuant ⁊ incitant diaboli ad pſeqndū ec-
cleſiam. Fac illis ſic madian ⁊ ſiſare ſic ia-
bin in torrente cyſon] Hic implorat vindictā
diuinam contra hoſtes / di. Tu deus fac omnibꝫ
hoſtibꝫ eccl'ie ſic feciſti Madian Siſare ⁊ Iabin

hoſtib⁹ iſrl' q̄s miracl'oſe debellaſti p barach ⁊ fi/
lios iſrl' in torrēte cyſon. vt p; Judic.iiij. Diſpe
rierūt i endor] nomē ē loci vbi fūt pſtrati [fa/
cti ſunt vt ſterc⁹ terre] ſc; q: cadauera eoꝝ i/
ſepulta cōputruerūt fetore nimio vt ſterc⁹ ſup trā
Pone principes eoꝝ] ſc; hoſtiū eccl'ie [ſicut
oreb ⁊ zeb: ⁊ zebee ⁊ ſalmana] ſc; q̄s etiā mi
raculoſe debellaſti p gedeonē Judic.vij. Omes
principes eoꝝ] ſc; depone [q̄ dixerūt: here
ditatē poſſideamus ſanctuariū dī] .i. ppl'z
ſctm̄ dei ⁊ eccl'iam. De⁹ me⁹ pone illos vt ro
tā] .i. inſtabiles ⁊ fugiētes ſic rota eſt volubil'/ vl'
vt rotā.i. in vnā ꝯgeriē ꝯſtrictā in īferno ſm dicta
Ricb'.in.iiij. [⁊ ſic ſtipulā an̄ faciē vēti] id
eſt vt cito diſpgant̄ ſic ſtipula oi vento circūfert̄.
Sic ignis q̄ cōburit ſiluā] ſc; vehementer ex
magna potentia [⁊ ſic flāma cōburens mō/
tes] ex ardoris vehementia. Maiorē eñ vim ha
bet ignis in monte vbi vent⁹ pl⁹ flare ſolet q̄z in ſil
ua poſita in valle: Jdoq; ſic dicens Pſal^ca. ſignifi
cat magnā pſecutionē reproboꝝ q̄ illis ſupueniet
in iudicio. Vn̄ ſequit̄: Ita pſequeris illos in
tempeſtate tua] .i. in iudicio qn̄ exurent̄ om̄es
ſilue ⁊ montes igne ꝯflagrationis: ⁊ omnes impij
tradēt̄ igni ppetuo [⁊ i ira tua turbabis eos]
id eſt in vindicta tue iuſticie turbab eos in gehen/
na. Imple facies eoꝝ ignominia] id eſt fac
eos erubeſcere d̄ pctis [⁊ q̄rent nomē tuū do/
mine] Hoc dicit de illis qui recognoſcētes chri/
ſtum ⁊ eius iudicia cōuertunt̄ vt ſint chriſtiani: et
ſic querunt nomen chriſti habere. Sed de obſtina
tis ſubdit̄: Erubeſcant ⁊ ꝯturbent̄ in ſecu
lū ſecl'i: ⁊ confundant̄ ⁊ pereant] ſc; in ani/
ma ⁊ corpore in gehenna. Et cognoſcāt] ſc; per
expientiam pene ſibi īflicte [q: nomē tibi dn̄s]
ſc; ſingularit̄ ⁊ antonomaſice: Jdq; nulli alteri ē
diuinitas attribuenda [tu ſolus altiſſimus i
omi terra] id eſt ſup omnes potentes terre: ⁊ ſu/
p oēm creaturam/ qui potens es conuerſis parce/
re ⁊ obſtinatos eternal'r damnare.

## Pſalmus.lxxxiij

Quam dilecta ta/
bernacula tua ⁊c̄. In hoc pſalmo pphe/
ta docet nos ⁊ hortatur ad amorem ſupne beatitu
dinis vt eam ſup omnia concupiſcamus ⁊ qualit̄
ad eam pueniamus. Vn̄ ⁊ eccleſia pſalmū hunc le
gendum inſtituit pro p̄paratione ad miſſam: q̄n/
do.ſ. ab altari pign⁹ eterne beatitudinis ſumit̄.ſ.
ſacramentū euchariſtie vt canit eccl'ia. Dic̄ ḡ pphe
ta in perſona fidelium: Quā dilecta] .i. valde
amabilia ſunt mihi [tabernacula tua] ſc; cele/
ſtia/ dic̄ in plurali: quia vt chr̄s dic̄ Joan.xiiij. In
domo pr̄is mei manſiones multe ſunt/ pp̄ter di/
uerſos ſtatus btōꝝ ſm eoꝝ varia merita [dn̄e v/
tutū] .i. angeloꝝ [ꝯcupiſcit ⁊ defic̄ aīa mea
in atria dn̄i] .i. ꝯcupiſcit ſumme deſiderando i/
trare in atria tua celeſtia/ ⁊ deficit.i. languet p̄ de/
ſiderio intrandi aīa mea eo q̄ actu nō ingredit̄ i
ea ⁊c̄. Cor meū ⁊ caro mea: exultauerūt in
deū viuū] .i. de ſpe pueniēdi in deū in q̄ exultat
deuotiōis dulcore cor.i. aīa ⁊ caro: q: ex forti exul/
tatiōe redūdat a corde in carnē ⁊ ſenſus corpales
iocundatio: q: fortes mot⁹ aīe redūdant in corp⁹.
Vn̄ ex forti timore hoīes infrigidant̄ ⁊ paueſcūt: ⁊
ex ira rubeſcunt. Etenim paſſer inuenit ſibi
domū] ſcil; q̄rendo diligent̄ locum ad q̄eſcendū
[⁊ turtur vbi nidū reponat pullos ſuos]
q.d. Si ita irrōnabilia locum q̄etis ſue q̄runt: q̄n
to mag̃ hō capax rōnis debet q̄rere locum vbi per
petuo req̄eſcat. h̄ eſt eternam btītudinem in d̄o ad
quam fact⁹ ē hō. Vn̄ Aug. li. ꝯfeſ. Feciſti dn̄e cor
meū ad te: ⁊ iō inq̄etum eſt cor meū donec pueniat
ad te. Altaria tua dn̄e v̄tutū] .i. angelorum
[rex me⁹ ⁊ de⁹ me⁹] ſm Aug. cū dixiſſ;. Paſſer
inuenit ſibi domū ⁊ turtur nidū q̄ſi q̄ſiuiſſes quā
domū vel quē nidum intelligere deberes tibi q̄ren
dum p quiete eterna. Et rn̄det: Altaria tua dn̄e v/
tutum ⁊ domū tuam: q: Beati q̄ habitant i domo
tua ⁊c̄. Vn̄ ſm Lyrā h̄ altaria dei vocant̄ electoꝝ
diuerſa ꝯſortia ſm varia eoꝝ merita: q: in ill' offe/
runt̄ iugit̄ ſacrificia diuine laudis. pp̄t qd̄ etiā ſub
dit̄. Beati q̄ habitant in domo tua dn̄e]
ſc; celeſt̄ btītudīs [in ſecl'a ſecl'oꝝ laudabūt
te. Btūs vir cuius ē auxiliū abs te] Hic p
pheta oñdit qual'r homo ſupnam btītudinem va/
leat adipiſci/ di. Btūs vir.ſ. in ſpe q̄ eſt certa expe/
ctatio btītudinis cuius ē auxiliū abs te.i. a te deo
q.d. ad ſupnam btītudinem nemo p̄t attingere ni
ſi p tuum auxiliū ſpēale eo q̄ excedit facultatē cre/
ature. Et quō attingat̄/ ſequit̄ [aſcenſiōes i cor
de ſuo diſpoſuit] .i. gradus v̄tutum quib⁹ i ce
lū aſcendit̄ q̄s hō gr̄a dei illuminat⁹ in ſe diſpoſu
it: q: vſus liberiarbitrij cum dei gr̄a ad meritum
ꝯcurrit [in valle lachrymaꝝ] hoc eſt in ſtatu
pn̄tis vite miſere vbi lachrymandū eſt p peccatis
[in loco quem poſuit] .i. conſtituit.ſ. ip̄e de⁹
ad merendum vitam btām p lachrymationē: Ju/
xta illud Matth.v. Beati qui lugent: qm̄ ipſi cō
ſol'. Etenim bn̄dictionem] ſc; gr̄e ſue [dabit]
ſc; lugentib⁹ pro remiſſione culpe ⁊ dilatione cele/
ſtis beatitudinis [legiſlator] id eſt chr̄s lator le
gis euangelice [ibūt] ſc; tales [d̄ v̄tute in v̄tu
tem] ſc; ſemp pficiendo in augmento gr̄e: donec
pueniat ad dei viſionem btām. Vn̄ ſubdit̄ [vide
bit̄ deus deorum] id eſt ſanctoꝝ angeloꝝ ⁊ ele
ctorum q̄ dicunt̄ dij pticipatiue [in ſion] ſc; cele
ſti. de qua Heb.xij. Acceſſiſtis ad ſion montem et
ciuitatem dei viuentis hierl'm celeſtem ⁊ multorū
milium angeloꝝ frequentiam. Domine deus
virtutum] Hic orat pp̄heta in pſona anime fi/

delis aſſequi beatitudinem dicens: Domine deus
ꝟtutum.i.angeloꝝ⌊exaudi orationem meā⌋
ſcilꝫ ꝑducendo ad btitudinem⌊auribꝫ percipe
deus iacob. Protector noſter aſpice deꝰ⌋
ſcꝫ ad p̄ces meas acceptando eas⌊⁊ reſpice ī fa
ciem chriſti tui⌋ſcꝫ vt facias qđ peto ꝓpt́ chr̄i
tui dn̄i ieſu merita: qꝛ ex nobꝭ non meremur tantū
bonū eternū. Un̄ ⁊ eccl'ia in fine orōnum vt exau-
diat̄ nomen chr̄i appōnit di. Per dn̄m nr̄m ieſum
chr̄m ⁊ hmōi: qꝛ ꝑ meritū chr̄i orō hꝫ effectum ⁊c̄.
Quia melior ē dies vna in atrijs tuis⌋ſcꝫ
celeſtibꝫ⌊ſuꝑ milia⌋ſcꝫ dieꝝ bonoꝝ q̄ hr̄i poſſēt
in p̄n̄ti vita. Elegi abiectꝰ eſſe⌋id eſt in humi-
litate viuere ſine qua non ꝑuenit̄ in beatitudinem
Juxta illđ Luc̄.xviij. Quicunqꝫ non receperit re-
gnū velut paruulus non introibit in illđ⌊in do-
mo dei mei⌋id eſt in eccl'ia militante q̄ eſt do-
mus dei⌊magis q̄ꝫ habitare in tabernacu-
lis pctōꝝ⌋ſcꝫ abūdan̄ diuitijs ⁊ honoribꝫ huiꝰ
ſecl'i implicantibꝫ ad pctm̄ mortale. Quia miſe
ricordiam ⁊ ꝟitatē diligit deꝰ⌋.i. miſcd'iam
cū iuſticia tꝑata diligit.ſ. ad p̄mium btitudis re-
tribuendum⌊grām⌋ſcꝫ in p̄n̄ti⌊⁊ gl'iam⌋ſcꝫ in
futuro⌊dabit dominus⌋ſcꝫ iuſtꝭ. Non pri
uabit bonis⌋ſcꝫ celeſtibꝫ⌊eos qui ābulant ī
innocētia⌋ſcꝫ ꝑſeuerando⌊dn̄e deus ꝟtutū:
btūs homo q̄ ſperat in te⌋id eſt ſpe formata
charitate: ⁊ non in bonis tranſitorijs: quia talis ꝑ-
ueniet ad btitudinem.

## Pſalmus. lxxxiiij.

BEnedixiſti dn̄e ter
ram ⁊c̄. In h̄ pſalmo ꝓpha monet vt ꝑ fi
dem ad chr̄m accedamꝰ q̄tinus bn̄dictionē eiꝰ me
reamur. Un̄ ⁊ eccl'ia in p̄ꝑatione miſſe hunc pſal-
mū legit ad ꝯſequendū bn̄dictionem/ dic̄ g̃: Be
nedixiſti dn̄e terram tuā⌋ ſcꝫ dando terrꝭ fi
liū tuum venientē in carne. Nam ſm̄ ꝙ dt̄ h̄ gloſ.
In ꝯdemnatiōe ade deus maledixit terre di. Ma
ledicta terra in oꝑe tuo Gen̄.iij. Jō ꝓpha ꝯuenien
ter in aduentu chr̄i p̄miſit grās agens ⁊ di. Bn̄di
xiſti dn̄e terram tuā.ſ.abolendo ꝑ aduentū tui fi-
lij illam p̄mā terre maledictionem ⁊ ꝯferendo tue
grē bn̄dictionem. Et declarans que ſit iſta benedi
ctio/ ſubdit:⌊auertiſti captiuitatem iacob⌋
Per filios iacob h̄ ſignificant̄ omnes iuſti in chri
ſtum credentes: ſicut ⁊ Luce.j.dicitur. Et regna-
bit in domo Jacob in eternum ⁊c̄. Nam captiui-
tas iacob.i.electoꝝ: q̄ tenebantur ſub ptāte diabo
li eſt auerſa per chriſtum qui liberauit omnes.
Redemiſti iniquitatem plebis tue: ope-
ruiſti om̄ia pctā eoꝝ⌋ſcꝫ ꝓpt́ q̄ captiuati tene-
bant̄ a diabolo. Mitigaſti oēm irā tuā: auer
tiſti ab ira indignatōis tue⌋ qꝛ ꝑ chr̄m genꝰ
humanū eſt recōciliatū đo patri. Conuerte nos
deꝰ ſalutarꝭ noſter⌋ vbi glo.dic̄.q̄ ꝓphetice di-
xit vt p̄terita: hic iā orat vt vere ſint futura ⁊ iple-
ant̄ Un̄ dicit Cōuerte nos.ſ.ad te cognoſcēdū ꝑ fi-
dē ⁊ amandū ꝑfecte deꝰ ſalutarꝭ noſter.i.ſaluatio-
nis nr̄e⌊⁊ auerte irā tuā a nobis⌋.ſ.quā icur
rimꝰ ex pctō Ade. Nūquid in eternū iraſce
ris nobis⌋q.d.nō.cum tibi ſit ꝓpriū parcere ⁊ mi
ſereri⌊aut extēdes irā tuā a gn̄atione in ge
neratione⌋ q.d.non.qꝛ placaberꝭ ꝑ ſatiſfactionē
chr̄i in eiꝰ paſſiōe ⁊ morte. Deus tu ꝯuerſus⌋
vicꝫ ad nos ꝑ bn̄dictā incarnationē tuā⌊viuifica
bis nos⌋.ſ.ꝑ grām tuā⌊⁊ plebs tua letabit̄ i
te⌋.ſ.ſperādo ſecure đ btitudine ꝯſeqn̄da. Oſ-
de nobis dn̄e miſcd'iam tuā ⁊ ſalutare tu-
um da nobis⌋ .i.filiū tuū ꝑ quē ſaluabis nos.
Audiā quid loquat̄ in me dn̄s⌋q.d. Non ſo
lum peto vt des eū nobis ad videndū ſed da etiā
ad audiendū q̇d loquat̄.i. eius doctrinā euangeli-
cam in me.ſ.oꝑe ꝑficiendo⌊q̄m loquetur pacē⌋
Hoc dicit. qꝛ chr̄i in doctrina ⁊ lex ꝯſiſtit p̄ncipali
ter ⁊ finalit̄ in pace.ſ. ſp̄uali habēda cū deo ⁊c̄. Un̄
nato chr̄o angeli cecinerūt Gl'ia altiſſimis deo.⁊ in
terra pax hoibꝫ. Et ſubdit.ꝙ loquet̄ pacēꝫ in plebē
ſuā q̄ntū ad cōem plebem iſrael.in chr̄m credentē.
Et ſuꝑ ſctōs ſuos⌋.ſ. q̄ntum ad maiores. vt-
pote apl'os ⁊ diſcipulos⌊⁊ in eos q̄ cōuertunt̄
ad cor⌋.i.veraci corde ꝯuertunt̄ ad chr̄m ex gen-
tibus. Veruntn̄ ꝓpe timentes eū⌋.ſ.timo-
re filiali⌊ſalutar̄ ipiꝰ⌋q.d. lꝫ chr̄s pacē locuturꝰ
eſt ſuꝑ om̄es q̄ ꝯuertunt̄ ad ipm̄. Veruntn̄ ꝓpe il-
los q̄ timēt eū filiali timore: legē eiꝰ ꝑfecte obſuan
do: eſt p̄ ceterꝭ ſaluatōis eius effectꝰ: puta ꝓpe bea-
tā virginē Mariā: Joſeph: ⁊ apl'os eius q̄ cū eo cō
uerſati magꝭ q̄ꝫ alij fuerūt illuminati de myſterio
incarnationis ⁊ redemptiōis humane tanq̄ꝫ ꝓpin-
quores⌊vt inhabitet gloria in terra noſtra⌋
.i. vt ſpēalius inhabitet gloria patris. hoc eſt. chr̄s
dn̄s in terra ꝓmiſſionis Juxta illud Jo.j. Verbū
caro factū eſt ⁊ habitauit in nobis. ⁊ vidimus glo
riam eius quaſi vnigeniti a patre ⁊c̄. Miſericor
dia ⁊ veritas obuiauerunt ſibi⌋ .i.ſimul cō-
uenerunt in aduentu chriſti. quia ex dei miſericor-
dia verbum aſſumpſit carnem ad cōplendā veri-
tatē ꝓmiſſionis facte patribus in veteri teſtamen-
to de incarnatione filij dei⌊iuſticia ⁊ pax oſcu-
late ſunt⌋ſcꝫ inuicem concordando quia iuſticie
dei chriſtus in paſſione ſatiſfecit. ⁊ ſic pacificauit ꝑ
ſuum ſanguinem que in celis ⁊ que in terris ſunt.
Col'.j. Veritas de terra orta eſt⌋ .i.chriſtus
de virgine natus eſt. Nam veritas eſt dei filiꝰ. Jo.
xiiij. Ego inquit ſum via veritas ⁊ vita. que dicitur
hic orta de terra ad ſignificandum eius ortum ex
virgine. quia ſicut illa que oriuntur de terra non
oriuntur ex commixtione maris ⁊ femine: Sic be-
ata virgo concepit et peperit chriſtum ſine virili
conſortio. Sicut etiam fuit predictum Eſaie. xiiij.

Aſcendet ſic̃ virgultū corā eo et ſic̃ radix de terra. Itē ca. vij. Ecce ỽgo ꝯcipiet ꝛ pariet filiū ⌊ꝛ iuſticia de celo ꝓſpexit⌋ .i. deus iuſtus diſpoſuit ḋ celo deſcendere filiū ſuū ad liberandū nos ꝑ viam iuſticie ſatiſfaciēdo ꝓ pctīs noſtris. Iuſtū em̄ fuit vt ſicut hō peccauerat ſic hō ſatiſfaceret ꝛc̃. Unde gloſ. exponit ſic. Ueritas .i. chr̄s de terra .i. de ỽgine natꝰ eſt. vt iuſticia de celo ꝓſpiceret. hoc eſt. dicere. vt hoīes iuſtificarent̃ a deo ꝛc̃. Etem̄ dn̄s dabit benignitatē⌋ .i. gratie ſue plenitudinem obumbrando ỽtute altiſſimi ỽginē ad fecundandum ⌊ꝛ terra noſtra⌋ .i. beata virgo intemerata ⌊dabit fructū ſuū⌋ pariendo chr̄m in ỽginitate vt dictū eſt ſupra. Iuſticia ante eū ambulabit⌋ Hoc cōmuniter exponit̃ de Joanne baptiſta p̄curſore chriſti q̄ dicit̃ iuſticia. eo ꝙ in ſe iuſtiſſimꝰ fuit. ꝛ qꝛ iuſticiā pnīe p̄dicauit. Et tūc chriſtꝰ ⌊ponet in via greſſus ſuos⌋ .ſ. veniendo in hunc mundū ꝛc̃. Sed pōt etiā exponi de ſpūali aduentu chriſti in mentē .ſ. ꝙ iuſticia vere pnīe ante chriſtū preibit in nobis. ꝛ tūc chr̄s ad nos venit. Unde Aug. Juſticia illa eſt q̄ eſt in ꝯfeſſione pctōꝝ. Ipſa p̄ma eſt hoīs iuſticia. vt punias te malū ꝛ facias te bonū. Quia ḡ ipſa eſt p̄ma hoīs iuſticia. ipa fit via deo: vt veniat ad te deus. Hec ille. ꝛ ſic pꝫ.

## Pſalmus. lxxxv

Inclina domine aurem tuam ꝛc̃. In hoc pſalmo Dauid orat in perſona chriſti vt dicit gloſa cōmunis. ꝛ ſic nos orare monet ad deum vt a malo preſeruemur ꝛ in bono conſeruemur. Unde eccleſia etiā hunc pſalmū legendum inſtituit pro p̄paratione ad miſſam vt per ſacrificij eius veritatem a peccato p̄ſeruetur ꝛ in bono gratie conſeruet̃ ipſe celebrans. Dicit ergo in perſona chriſti ad patrem orando. Inclina dn̄e aurem tuam ꝛ exaudi me: qm̄ inops ꝛ pauper ſum ego⌋ .ſ. ex parte humanitatis aſſūpte que ex ſe nil habet niſi quod ex largitate diuinitatis acceperit. Cuſtodi animā meam⌋ ſcꝫ. vitā meam ab inſidijs malignoꝝ ⌊qm̄ ſanctus ſum⌋ .i. mundꝰ ab om̄i pctō ꝛ innocens in me. et mea etiā mēbra ſunt ſctificata in baptiſmo ꝛ pnīa. ⌊ſaluū fac ſeruū tuū deus meus ſperantē in te⌋ patet. Miſerere mei dn̄e qm̄ ad te clamaui tota die⌋ .i. ꝑſeuerant̃ ⌊letifica aīam ſerui tui⌋ .ſ. reſuſcitādo a mortuis eā q̄ in paſſiōe fuit mlt̄ꝭ amaritudinibꝫ repleta ⌊qm̄ ad te dn̄e aīam meā leuaui⌋ .ſ. in orōne ſpē ponēdo in te ſolo. Qm̄ tu dn̄e ſuauis ꝛ mitis. ꝛ multe miſcdīe om̄ibꝫ inuocātibꝫ te⌋ patet. Auribꝫ ꝑcipe orationē meā: ꝛ intende voci dep̄cationis mee⌋ patet. In die tribulationis⌋ .ſ. tp̄e paſſionis ⌊clamaui ad te: quia exaudiſti me⌋ ſcꝫ in alijs meis p̄teritꝭ p̄cibꝫ: vt pꝫ ḋ orōne quā fec̄ in reſuſcitatione lazari / qn̄ dixit: Tu ſemꝑ me audis ꝛc̃. Non ē ſilis tibi in dijs dn̄e: ꝛ nō eſt ſm̄ oꝑa tua⌋ q.d. tua ỽtus ꝛ potentia infinita excedit ỽtutem oīm incomꝑabilr̄: Jō potes me ꝓ tua voluntate liberare: ꝛ q̇cquid peto dare. Oēs gentes q̄ſcunqꝫ feciſti⌋ .i. ex omni gēte aliq̄ ⌊venient⌋ ſcꝫ ꝑ fidem ⌊ꝛ adorabunt coram te dn̄e⌋ Iſte ỽſus intelligi dꝫ ꝓphetice dictꝰ ꝓut hr̄ in glo. cōmuni: qꝛ h̄ dauid p̄nunciat ꝓphetice ꝙ eccl̄ia dei eēt vbiqꝫ dilatanda in fide chr̄i et cultu. Sequit̃ ⌊ꝛ gl̄ificabunt⌋ .i. gl̄ioſum p̄dicabunt .ſ. omnes gentes ⌊nomen tuum. Qm̄ magnus es tu⌋ ſcilꝫ cui nullus reſiſtere poteſt. ⌊ꝛ faciens mirabilia⌋ ſcilꝫ ꝑ apl̄os ꝛ p̄dicatores nominis tui ⌊tu es deus ſolus⌋ q.d. ꝑ miracula manifeſtabit̃ ꝙ tu ſolus es verus deus: ꝛ oēs alij dij gentiū non ſunt veri dij / ſed demonia. Deinde dauid orat in ꝑſona eccl̄ie ſiue mēbroꝝ chr̄i / dicens: Deduc me dn̄e in via tua⌋ .i. via iuſticie ſuando mandata tua ⌊ꝛ ingrediar in veritate tua⌋ ſcꝫ vlterius ꝓficiendo in ỽitate fidei tue de ỽtute in ỽtutem ⌊letet̃ cor meum⌋ ſcꝫ in ſpe repromiſſe tue remunerationis celeſtis ⌊vt timeat nomen tuum⌋ ſcꝫ timore filiali: ne labat̃ in pctm̄. Confitebor tibi dn̄e deꝰ meꝰ ī toto corde meo: ꝛ gl̄ificabo nomē tuū ī eternum⌋ pꝫ Quia miſcdia tua magna ē ſuꝑ me: ꝛ eruiſti animā meā ex īferno inferiori⌋ .i. de limbo inferni ꝑ chr̄m filiū tuū libaſti animā meam inq̄t eccl̄ia. h̄ eſt animas meoꝝ. Poteſt etiaꝫ intelligi ꝙ inq̄ꝫtum deus eruit animā a pctō mortali (ꝑ q̇ ḋmeruit damnari in inferno inferiori) ſic dr̄ ꝙ eruit ex inferno inferiori. Sic̃ ſiquis a morte quam ḋmeruit liberet̃: dr̄ a morte erutus. Deus iniqui inſurrexerunt ſuꝑ me⌋ Hoc dr̄ ꝓpha in ꝑſona tam chr̄i q̄ꝫ membroꝝ eius: qm̄ fideles chr̄i paſſi ſunt multas ꝑſecutiones. Et eſt ſenſus. O deus: iniq̄ .i. demones ꝛ eorum mēbra inſurrexerunt ſuꝑ me ⌊ꝛ ſynagoga potentiū⌋ id eſt iudeorum vel tyrannorum ⌊queſierūt animā meam⌋ id eſt vitam meam perdere ⌊ꝛ non propoſuerunt te in ꝯſpectu ſuo⌋ .i. n̄ timēte: nec curant tuam legem. Et tu domine deus miſerator ꝛ miſericors patiens ꝛ multe miſcdie ꝛ verax⌋ pꝫ. Reſpice in me et miſerere mei: da imperium⌋ .i. p̄tātem iudicij ⌊puero tuo⌋ id eſt mihi ſeruo tuo vel tibi obedienti ⌊ꝛ ſaluum fac⌋ ſcꝫ cito reſuſcitando ⌊filiū ancille tue⌋ .i. beate Marie ỽginis q̄ dixit: Ecce ancilla domini ꝛc̃. Fac mecū ſignum in bono⌋ id eſt imple in me ſignum Jone prophete videlicet reſuſcitando die tertia: Juxta quod chriſtus dixerat Matthei. xij. Signum non dabitur ei niſi ſignum Jone ꝓphete: Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti ꝛc̃. ⌊vt videant⌋ id eſt cognoſcant ꝑ manifeſta miracula ⌊q̇ oderunt me⌋ .i.

iudei ⁊ alij pſeq̄ntes [⁊ ꝯfundant: qm̄ tu dn̄e adiuuiſti me] ſcȝ in certamine paſſionis [⁊ cōſolatus es me] in reſurrectione a mortuis. Hec aūt de membris chr̄i accipiendo intelligenda ſunt ſic. Da impium puero tuo.i.ſanctis tuis qui ſedebunt cum chr̄o ad iudicandum in fine mūdi: ⁊ ſic accipit̄ ſinglare ꝑ pl̄ali/⁊ ſaluū fac filium.i.filios ancille tue.i.eccl̄ie. Fac mecum ſignum in bono.ſ. in reſurrectiōe futura:qn̄ ꝑ gl̄iam corꝑis ⁊ aīe manifeſtabit̄ in eis vt⁹ dei/qm̄ tu dn̄e adiuuiſti me:⁊ ꝯſolat⁹ es me.ſ.btitudīs eterne remuneratiōe.

## Pſalmus.lxxxvj.

# Fundamenta eius

in montib⁹ ⁊c̄. In h̄ pſalmo ꝓpha ꝑnunciat de myſterio chr̄i ⁊ eccleſie ſm̄ ꝙ dicunt Hiero. Aug. ⁊ Caſſiod̄.⁊ monet toto corde aſpirare ad celeſtem hierl̄m in fide chr̄i. Vn̄ commendan̄. eccleſiam laudat eam Primo a fundament̄ d. Fundamenta eius.i.eccl̄ie. Nam vt glo. dic̄ ⁊ Aug̃. nil an̄ de ılla adhuc dixerat/ſed incipit: Fundamenta eius/non exp̄mendo cuius eius: vt intelligat̄ eius vicȝ qđ in ſpū vidit ⁊ corde voluebat:raptus q̄ppe extra ſe conſpexit in ſpū ciuitatem dei.hoc eſt eccleſiam militantem ⁊ triumphantem:⁊ eaȝ alijs narrare volens ꝓrupit in hec v̄ba: [Fundamenta eius] id eſt eccleſie/q̄ eſt ciuitas dei [in montibus ſanctis] h̄ eſt in chr̄o apoſtoliſq̄ȝ eius ⁊ ꝓphetis ſupra quorum doctrina fundat̄ eccleſia in fide chr̄i/iuxta illud Apoſtoli. Superedificati ſupra fundamentum apoſtoloꝝ ⁊ prophetarum ipo ſummo angulari lapide chr̄o Jeſu ⁊c̄. Nam hi dicuntur montes ſancti propter altitudinem virtutum ⁊ ſanctitat̄ [Diligit dominus portas ſion ſuper omnia tabernacula iacob] In his v̄bis aperit cuius eius. Quaſi enim homines premiſſa verba audientes queſiuiſſent. Cuius fundamenta dixiſſet? Et reſpondet:ſion quod eccleſiam ſignificat. Et paulopoſt dicit:glorioſa dicta ſunt đ te ciuitas dei: Ex quib⁹ apit ꝙ loquitur de eccleſia que dr̄ ſion/quod interpretat̄ ſpeculatio: quia per fidem ſpeculatur deum. Et dicitur etiam ciuitas hieruſalem/quod interpretatur viſio pacis:qr̄ eterna pace videbit deum deorum in ſion patrie celeſtis. Hanc itaq̄ȝ ciuitatem vel ſion.i.eccleſiam propheta commendans ſecundo a portis/dic̄: Diligit dominus portas ſion.i.eccleſie ſacramenta/ꝑ q̄ ſicut ꝑ portas fit ingreſſus in eccleſiā: cuius p̄ma ianua eſt baptiſmus: ⁊ ſic de alijs que diligit deus approbando ſuꝑ omnia tabernacula iacob id eſt ſuꝑ omnia figuratiua ⁊ cerimonialia cultus veteris legis que fiebant in pluribus tabernaculis Jacob:id eſt filiorum iſrael qui vocabat̄ iacob. Primo quidem in tabernaculo a Moyſe facto Exodi.xxvj. Sc̄d̄o in tabernaculo a Dauid facto .ij. Regū. vj. Tertio in templo Salomonis .iij. Regū.vj.⁊c̄. [Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei] Hic iam tertio cōmendat eccleſiam de celebritate fame d. Glorioſa dicta ſunt ſcȝ in vete. ⁊ nouo teſtament̄ in quib⁹ glorioſe cōmendat̄ eccleſia. De te inquit ciuitas dei. Nam ciuitas dicit̄ q̄ſi ciuiū vnitas. In eccl̄ia v̄o de oīb⁹ nationib⁹ vniunt̄ hoīes ꝑ fidē ⁊ charitatē chriſti.⁊ ſic efficiuntur ciues celeſtes Ephe.ij. Eſtis ciues ſctōꝝ ⁊ domeſtici dei. [Memor ero raab ⁊ babylonis: ſcientium me] Hic quarto cōmendat eccleſiaȝ a multitudine ciuiuȝ cū in ꝑſona chr̄i ait Memor ero raab. Raab hic ſm̄ Hebreos ⁊ Hieronymū ſignificat gentē egypti. nec eſt ꝓpriū nomē illi⁹ mulieris de qua habet̄ Joſue.ij. ꝙ recepit exploratores ⁊c̄.ſed eſt appellatiuū nomē ſcans gentē egypti que cōuerſa fuit ad chriſtū. ⁊ ſic hui⁹ v̄ſus eſt ſenſus. Memor ero raab ⁊ babylonis ſcientiū me ſcȝ ꝑ fidei cognitionē. q.d. Memor ero nō tm̄ populi iudeoꝝ ſed etiam gentilium ꝑ raab ⁊ babylonē deſignatoꝝ vt me ſciant ꝑ fidem cōuerſi ad me per p̄dicationem apl̄oꝝ quib⁹ precepit chriſtus vbiq̄ȝ ꝑ mundū predicare Marci vltimo. Euntes in mūdum vniuerſuȝ p̄dicate euangeliū oīmi creature. ⁊ ſic dicit. ꝙ memor ero.ſ.p̄cipiendo vt vocent̄ ad fidem oīes gentes. [Ecce alienigene ⁊ tyrus ⁊ ppl̄us ethiopū hi fuerūt illic] .i.aliqui ex iſtis recepti ſunt in eccl̄ia que eſt ciuitas dei. Hic aūt noīantur aliqui populi circa terram iude habitantes: qui per predicationem apoſtolorum cōuerſi ſunt ad fidem pro magna parte.⁊ per hos deſignantur omnes alie gentes per orbem credentes [Nunquid ſion dicet homo: et homo nat⁹ eſt in ea] Hic quinto eccleſiam cōmendat a fundatore mirabilis dignitatis.ſ.chr̄o: qui eſt verus deus ⁊ homo. Et dicit. Nūquid ſion.i.ipſi ſion.ita ꝙ ly ſion hic eſt datiui caſus. vt patet ꝑ tranſlationem Hieronymi.⁊ in hebreo.vbi habetur: ad ſion dicetur ⁊c̄. Et ſm̄ tranſlationem ſeptuaginta interpretum ponitur ſic littera. Mater ſion dicȝ homo ⁊ homo factus eſt in ea ⁊c̄. quam ſequitur Auguſtinus. ad cuius intellectum (quia hec locutio eſt obſcura) videnduȝ eſt vt ait Auguſtin⁹. Quis eſt iſte homo qui dicit. ⁊ cui ſion dicit. ⁊ de qua matre dicit. Eſt autem homo iſte dominus Jeſus qui natus eſt in ea matre que eſt virgo Maria. Et eſt ciuitas dei pre alijs fidelibus. quia eſt nobiliſſimuȝ membrum eccleſie. Et dicit. homo natus eſt in ea. non dicit: ex ea. ad ſignificandum ꝙ chriſtus ab inſtanti conceptionis fuit in vtero matris homo perfectus: virtutibus ⁊ ſcientijs. licet non ſm̄ quātitatem corporis [et ipſe fundauit eam altiſſimus] Hoc eſt dicere. dum homo in ea natus eſt altiſſimus deus qui fundauit eam ciuitatem. id eſt. matrem ſuam in qua habitauit. Sed adhuc queris Cui ſion dicit? Reſpondet̄ ſm̄ Augu.

⁊ om̄es doct. ꝙ ſion ſpirituali.i.eccleſie que dicitur ſion vt ſup̄ dictū eſt. Quid autē dicit iſte homo ſcʒ Jeſus. Sion.i.eccl'ie. Rn̄det hic ꝓpheta di. Mater.ſ.eſt tibi.patrem habebas miſericordiaꝝ. deuʒ accipe ⁊ matrē miſericordie reginaʒ.ſcʒ Mariam. O ſion.o eccleſia. Ecce mater tua Que eſt mater mea natalis: volo vt ſit tua mater ſpūalis. Sed quia iudeus ꝑfidus nullo modo vult hoc credere ꝙ ipſa ſit mater dei ⁊ hominis: Jdeoqʒ ẜm hoc dicit tranſlatio noſtra. Nunquid ſion dicet homo.i. nunquid ipſi ſion.i. ſynagoge iudeoꝝ dicet homo. quicunqʒ p̄dicator vel doctor vt ad credendū poſſit inducere ſion. hoc eſt.ſynagogaʒ iudeoꝝ: cuius cultus erat in templo fundato in ſion monte materiali. Nunquid dicet iſtam veritatē mirabilem vt credat eam: q.d. non. Nam ꝓpl'us iudeorum neqʒ chriſto hoc dicenti. neqʒ apl'is aut alijs p̄dicatoribus credere vllo modo voluit hanc veritatē. vicʒ. homo chriſtus natus eſt in ea ciuitate ſcilʒ virgine Maria. Et ipſe qui natus eſt in ea chriſtus: eſt ille altiſſimus deus qui fundauit ⁊ creauit eam. ꝓpter quod populus iudeoꝝ damnat̄. Sed vnde ſcitur ⁊ confirmatur infallibiliter ſic eſſe. ſubdit ꝓpheta. **Dominus narrabit in ſcripturis populorum** .i. dominus deus qui non poteſt fallere nec falli cum ſit prima veritas: ipſe narrabit hanc veritatem ⁊ narrari faciet in ſcp̄turis populoꝝ.i. in lege ⁊ ꝓphetis que ſunt ſcp̄ture ad populoꝝ vtilitatem **⁊ principum hoꝝ qui fuerunt in ea** ſcʒ ciuitate. hoc eſt. in eccleſia.i. in ſcp̄turis apoſtoloꝝ ac euangeliſtarū: qui ſunt principes eccl'ie poſt chriſtū. Et ipſi hanc veritatem ſcripſerunt in euangelijs ⁊ epiſtolis ſuis ⁊c. **Sicut letantiū oīm habitatio eſt in te** Hic ſexto propheta cōmendat eccleſiam a ſtatu ſupne beatitudinis ad quā ꝑueniunt eius filij di. Sicut letantiū omniū habitatio eſt in te.ſ.o ciuitas dei eccleſia.i.omnes qui in te habitant letabunt̄ vere in ſtatu triūphantis eccleſie. hoc eſt.in patria. vbi erit talis ⁊ tanta leticia ꝙ nō poteſt exprimi. Etſi in p̄nti eccl'ie filij affligātur tn̄ in futuro gaudebunt ſine fine.

## Pſalmus.lxxxvij.

